



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

§. de impediente bonum alienum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

displiceret si manifestò acciperet, sed sic ob occultam acceptiōem, peccat venialiter, sed ad nil tenetur, vt filij, & serui. Quod si accipiat ad donandum, vel vendendum, peccat mortal. & tenetur restituere. num. 139.

Qui obligauit aliqua via magnatem ut sibi conferat officium pretio æstimabile, non tenetur restituere id quod ex tali officio lucratur. num. 222. & Nou. 223.

De consumente rem alienam in extrema necessitate, vide, necessitas: de stupratore Virginis vel fœminæ, & de meretricie vide Luxuria.

De accipiente ne accuset, vide Accusatio; de extorquente per metum, tit. metus: de Iudice iniquè iudicans. tit. Index. de Caupone, & de filio adulterino, vide Caupo, & Adulterium.

DE IMPEDIENTE
bonum alienum.

§.

ILLE solus, & omnis impediens bonum alienum tenetur regulariter restituere, qui impedit alium à consequendo officio,

Vv 4 vel

680 RESTITV TIO II.

vel beneficio , vel alio bono ad quod habebat ius in re, vel ad rem, vel si impedit contra iustitiam, vel per vim, metum &c. (quamvis ille non habeat tale ius) tenetur restituere: alias non, quamvis mala intentione faciat.ca. 17. num. 69. & 74. & 97.

Qui blanditiis , absque metu, & dolo facit testamentum , vel legatum transfeat in aliud , non tenetur restituere secus si per vim , dolum vel mendacium , ut dicendo non esse cognatum, esse ignarum, malum & cæt. sed nec tunc tenetur restituere quantum impediuit , sed iudicio boni viri. num. 73. De iure in re, vel ad rem, vide it. ius.

Qui est causa ut aliquis iniusta pena mulctetur , vel non consequatur suum ius, tenerur restituere.num. 97.

Qui impedit laborem agricolæ iniusta tenetur restituere.num. 74.

Qui prohibuit venditionem , vel pescationem , peccat , & tenetur restituere locrum, quod verisimiliter impediuit. numero 120.

*Quinque conditiones requirentur , n*on* quis iuste possit venatum aut pescatum prohibere. I. Auctoritas regia iusta : vel consensus populi liber à metu : vel præscriptio canonica sine vi & metu introducta.*

II. *v*

L.
I.
c
con-
quam-
refi-
tatione
dolo
sterni
si pa-
endo
um &
uan-
vitt
e tit,
cna
ius,
ulte,
sca-
lu-
me-
, n
um
vel
cri-
ta.
R

R E S T I T V T I O II. 681

II. Ut ob occasionem ferarum extra loca prohibita, non puniat eos, qui non procurant dolis eas è prohibito loco extrahi, ut extra illa eas capiat: alias enim punire possit. III. Ut prohibeat in suis propriis prædiis: quamvis sufficit, ut Domini aliorum sua sponte in id consentiant. IV. Ut restituat omne damnum, quod illæ feræ alienis prædiis faciunt, quorum Domini in damnum eorum non consentiunt, quamvis in aliorum damnum consentiant. V. Ut caueat prohibens, ne subditi timentes eum, & ministros eius, & fugientes odium, & indignationem, & minas eorum, quia eis sæpe opus habeant, petere non audeant, qui peterent ab aliis sibi paribus: quia eiusmodi metus, etiam si alioqui non esset omnino iustus, inducit obligationem restituendi. cap. 17. num. 120. 121.

De participante in damno dato. vide, Damnum.

R E S T I T V T I O III. Quid sit restituendum. Regulariter loquendo restituenda est res ipsa aliena, vel si ea non potest, eius æstimatio. Non tamen est restituenda in sua ipsa specie, quando ex hoc manifestaretur peccator occultus, vel sequeatur aliud graue damnum. cap. 17. num. 24.

R E S T I